Dum viret: ⁊ tremulas nō excutit africus vmbꝛas
Aſt vbi cōueniet tepidis fęnilibus olim
Pꝛomere cum pecudes extremus clauſerit annus
Dic tibi nitendum eſt laboꝛ hoc in tempoꝛe noſter
Gnauaqꝫ ſedulitas venit. ⁊ paſtoꝛia virtus
Ne pigeat ramos ſiccis miſcere recentes
Et ſuccos adhibere nouos Neu toꝛrida nymbis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 18

Inſtet hyems nimioqꝫ gelu niuibuſqꝫ coactis
Incuruare velis nemus ⁊ conſtringere frondes
Tu tn̄ aut leues hederas. aut molle ſalictum
Valle p̄mes gelida ſitis eſt penſanda tuorũ
Cante gregum viridante cibo Nihil aridus illis
Ingenti poſitus q̄uis ſtrue proſit aceruus
Virgea ſi deſint liquido turgentia ſucco
Et quibus eſt aliquid plenę vitale medullę
Pręcipue gelidum ſtipulie ⁊ fronde caduca
Sterne ſolum ne forte rigor penetrabile corpus
Vrat. ⁊ interno vaſtet penetralia morbo
Plura quidem monuiſſe velim Nam plura ſuperſunt
Sed iam ſera dies cadit Et iam ſole fugato
Frigidus ęſtiuas impellit noctifer horas

¶ Aſtilus ⁊ lycidas et manaſylus Interloquutores

¶ Aegloga ſexta

Aetus ades licida modo Nictilus ⁊ puer Alcō A
Certauere ſub his alterno carmine ramis
Iudice me. Sed non ſine pignore Nictilus hędos
Iuncta matre dedit Catulum dedit ille leenę
Iurauitqꝫ genus Sed ſuſtulit omnia victor
Nycolon vt cantu rudis exuperauerit Alcon L
Aſtile credibile eſt ſi vincat acanthida cornix
Vocalem ſuperet ſi turpior ędona bubo
Te potiar crocalę qua nunc ego maceror vua A.
Si magis aut docili calamorum Nictilus arte
Aut cantu magis eſt q̄ vultu proximus illi
Iam nunc decipior te iudice pallidus alter L

Venit. ⁊ hirſuta ſpinoſior hiſtrice barba
Candidus alter erat. lęuiqꝫ decentior ǫuo
Et ridens oculis crinemqꝫ ſimillimus auro
Qui dici poſſet ſi non cantaret apollo
O licyda ſi quis tibi carminis vſus adeſſet A
Tu quoqꝫ laudatum poſſes Alcona probare
Vis igitur. qm̄ nec nobis improbo pares L
Ipſe tuos iudex calamos cõmittere noſtris
Vis conferre manũ veniat licet arbiter Alcon
Vīcere tu quenq̄: vel te certamine quiſquam A
Dignetur Qui vix ſtillantes arida voces
Rumpis et expellis male ſingultantia verba L
Fingas plura licet. nec em̄ potes improbe verba
Exprobrare mihi. ſicut tibi multa lycantas
Sed quid opus vana conſumere tempora lite:
Ecce venit Manaſyllus erit (niſi forte recuſes)
Arbiter inſta nunc non credulus improbe verbis
Malueram fateor vel p̄dam nactus abires.
Quam tibi certanti partem cõmittere vocis
Nec tamen hoc impune feres. En aſpicis illum
Candida quę medius cubat inter lilia ceruum
Quãuis habent petalę mea diligat: accipe victor
Scit frenos ſcit ferre iugum Sequiturqꝫ vocantem
Credulus ⁊ menſę non improba porrigit ora
Aſpicis vt fruticet late caput vtqꝫ ſub ipſis
Cornibus et tereti lucent redimicula collo
Aſpicis: vt niueo frons irretita capiſtro
Lucet: Et a dorſo quę totam circuit aluum
Alternat vitreas lateralis cingula bullas

Cornua ſubtiles ramoſaqꝫ tp̄a molles
Implicuere roſę: rutiloqꝫ monilia torque
Extrema ceruice natant. vbi pendulus apri
Dens ſedet. Et niuea diſtinguit pectora luna
Hunc ego qualemcūqꝫ vides in valle paciſcor
Pendere. Dum ſciat hic ſe non ſine pignore vinci
Terreri manaſylle ſuo me munere credit? L
Aſpice quam timeam Genus eſt (vt ſcitis) equarum
Non iugale mihi Quaꝝ de ſanguine ponam
Velocem pegaſum: qui gramina matre relicta.
Nunc primum teneris libauit dentibus illi
Pes leuis Aductū latus: excelſiſſima ceruix
Terga ſedent: micat acre caput: ſine pondere ceruix
Et coronata breui ſubſtringitur vngula cornu
Vngula quę viridi ſic exultauit in aruo.
Tangeret vt fragiles Sed non curuaret ariſtas
Hunc dare ſi vincas. ſilueſtria numina iuro
Et vacat: ⁊ veſtros cantus audire iuuabit Ma
Iudice me ſane contendere ſi libet Iſtic
Protinus ecce torum fecere ſub ilice muſę.
Sed ne vicini nobis ſonus obſtrepat amnis.
Gramina linquamus: ripamqꝫ volubilis vndę
Nanqꝫ ſub exeſo raucum mihi pumice lymphę
Reſpondent. Et obeſt arguti glarea riui
Si placet: antra magis vicinaqꝫ ſaxa petamus A.
Saxa quibus viridis ſtillanti vellere muſcus
Dependit. ſcopuliſqꝫ canum ſinuantibus arcum
Imminet: exeſa veluti teſtudine concha
Venimus ⁊ tacito ſonitum tutabimur antro Ma.

Seu reſidere libet. dabit ecce ſedilia tophus:
Ponere ſeu cubitum. melior viret herba lapillis.
Nunc mihi ſepoſita reddantur carmine lite.
Nam vicibus teneros malim cantetis amores
Aſtile tu petalen. lycida tu phyllida lauda
Tu modo (nos ipſi iam nunc manaſylle p̃camur) L
Auribus excipias. quibus hunc ⁊ Acanthida nuper
Diceris in ſilua iudex audiſſe Thalea
Non equidem poſſum cum prouocet iſte tacere A
Rumpor em̃ ⁊ merito. Nihil hic niſi iurgia quęrit.
Audiat aut dicat: quoniam cupit hoc mihi certe
Dulce ſatis fuerit lycidam expectare trementem
Dum te ſtante palam ſua carmina pallidus audit
Me puto vicinus Stymicon. me proximus Aegon L
Nos inter frutices tacite riſere volentem
Oſcula cum tenero ſimulare virilia Mopſo.
Fortior o vtinam nõ dum manaſyllus adeſſet A
Efficerem ne te quiſq̃ tibi turpior eſſet
Quid furitis? Quę vos inſania tendere iuſſit Ma
Si vicibus certare placet Sed non ego vobis
Arbiter. hoc alius poſſit diſcernere iudex
Et venit ecce mycon venit ⁊ vicinus iolas
Litibus hi veſtris poterunt imponere finem

Clycoras ⁊ Coridon Interloquutores
Aegloga ſeptima

Entus ab vrbe venis Corydon vigeſima certe A.
Nox fuit. vt noſtrę cupiunt te cernere ſiluę
Et tua mgrentes expectant iubila tauri

O piger o duro iam durior axe lycora C
Qui veteres fagos noua q̃ ſpectacula mauis
Cernere. Quę patula munus deus ędit arena:
Mirabar quę cauſa foret tibi tanta morandi
Cur tua ceſſaret taciturnis phyſtula ſiluis
Et ſolus ſtymicon caneret pallente corymbo
Quem ſine te męſti tenero donauimus hędo
Nam dum lentus abes luſtrauit ouilia thyrſis
Juſſit ⁊ arguta iuuenes certare cicuta:
Scilicet inuictus Stymicon Et p̄mia diues? C
Auferat accepto non ſolum gaudeat hędo:
Uex tota ferat quę luſtrat ouilia Thyrſis
Non tñ ęquabit mea gaudia. nec mihi ſiquis
Omnia lucanę donet pecuaria ſiluę.
Grata magis fuerint q̃ quę ſpectamus in vrbe
Dic age. dic Coridon nec noſtras inuidus aures L
Deſpice nō aliter certe mihi dulce loquere
Quam certare ſolent quotiens ad ſacra vacantur
Aut fęcunda pales. Aut paſtoralis Apollo
Uidimus in cęlum trabibus ſpectacula textis C
Surgere tarpeium prope deſpectantia culmen
Immēſoſq; gradus Et diues pgne latentes
Uenimus ad ſedes vbi pulla ſordida veſte.
Inter fęmineas ſpectabat turba cathedras.
Nam quęcūq; patent ſub aperto libera cęlo
Aut eques aut niuei loca denſauere tribuni
Qualiter hęc patulum contendit vallis in orbem
Et ſinuata latus reſupinis vndiq; ſiluis
Quid tibi nunc referam quę vix ſufficimus ipſi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 18

Per partes ſpectare ſuas ſic vndiqꝫ fulgor
Percuſſit Stabam defixus ⁊ ore patenti
Cunctaque mirabar Nec dum bona ſingula noram
Tum mihi nūc ſenior lateri qui forte ſiniſtro
Junctus erat. Quid te ſtupefactum ruſtice dixit
Ad tantas miraris opes Qui neſcius auri
Sordida tecta caſas ⁊ ſola mapalia noſti
En ego tam tremulus tam vertice canus: Et iſta
Factus in vrbe ſenex ſtupeo tñ omnia certe
Vilia ſunt nobis quęcunqꝫ prioribus annis
Vidimus. ⁊ ſordet quicquid ſpectauimus olim
Balteus en gēmis en illita porticus auro
Certatim radiant Nec non vbi finis harena
Proxima marmoreo peragit ſpectacula muro
Sternitur adiunctis ebur admirabile truncis
Et coit in rutilum tereti qua lubricus axem
Dentibus ęquatis Et erat (mihi crede lycora
Si qua fides) noſtro dens longior omnis aratro
Ordine quid referam? vidi genus omne ferarum
Hic niueos lepores ⁊ non ſine cornibus apros
Aſt vrſam in ſiluis etiam quibus ęditur Alten
Vidimus: Et tauros quibus aut ceruice leuata
Deformis ſcapulis torus eminet Aut quibus hirtę
Jactantur per colla iubę. quibus aſpera mento
Barba iacet tremuliſqꝫ rigent palearia ſętis
Nec ſolum nobis ſiluestria cernere monſtra
Contigit Aequoreos ego cum certantibus vrſis
Spectaui vitulos Et equorum nomine dignum
Sed deforme pecus quod in illo naſcitur amni

Qui ſata ripaꝝ venientibus irrigat vndis
Ah trepidi quotiens nos deſcendentis harenę
Vidimus in partes ruptaqꝫ voragine terrę
Emerſiſſe foras. Et eiſdem ſępe latebris
Aurea cū croceo creuerunt arbuta libro
O fęlix Coridon quem non tremebunda ſenectus	L
Impedit o fęlix ꝙ in hęc tibi ſęcula primos
Indulgente deo dimittere contigit annos
Nunc tibi ſi propius venerandum cernere numen
Sors dedit Et referens vultumqꝫ habitumqꝫ notaſti
Dic age dic Coridon quę ſit modo forma deorum
O vtinam vobis non ruſtica veſtis ineſſet	C
Vidiſſem propius mea numina Sed mihi ſordes
Pullaqꝫ paupꝑtas ⁊ adunco fibula morſu
Obfuerant. vtrunqꝫ tamen conſpeximus ipſum
Longius Ac niſi me decępit viſus in vno
Et martis vultus Et apollinis eſſe putaui

¶ Tymetas ⁊ Titirus Interloquutores
Aegloga octaua

Um fiſcella tibi fluuiali Tityre iunco	Time.
Texitur ⁊ raucis reſonant tua rura cicadis
Incipe ſi quod habes gracili ſub harundinę carmen
Compoſitum nā te calamos inflare labello
Pan docuit. verſuqꝫ bonus tibi fauit Apollo
Incipe dum ſalices hędi dum gramina vaccę
Detondent viridiqꝫ greges permittere campo
Et ros. Et primi ſuadet clementia ſolis
Hos annos canāqꝫ meam mihi care ſenectam	Tity.
Tu iuuenis caruſqꝫ deos in carmina cogis?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 18

Viximus. ⁊ calamis verſus cantauimus olim
Dum ſecura hilares ętas ludebat amores
Nūc album caput Et veneres ſtupuere ſub annis.
Jam mea ruricolę dependet phyſtula fauno
Et nūc rura ſonant nuper nam carmina victor
Riſiſti calamos ⁊ diſſona flamina Mopſi
Judice me. Mecum ſenior Melibęus vtrunqꝫ
Audierat. laudeſqꝫ tuas ſublime ferebat
Quem nunc emeritę ꝑmenſum tempora vitę
Secreti pars orbis habet munduſqꝫ piorum
Quare age Si qua tibi melibęi gratia viuit
Dicit honoratos prędulcis tibia manes
Et parere decet iuſſis ⁊ grata iubentur Ti.
Nanqꝫ fuit dignus ſenior quem carmine phębus
Pan calamis fidibuſqꝫ linus modulatibus Orpheus
Cōcinerent: Atqꝫ acta viri laudeſqꝫ ſonarent
Sed quia tu noſtrę muſam depoſcis auenę
Continet inciſo quercus mea carmina libro
Dic age Sed nobis ne vento garrula pinus Ti.
Obſtrepat has vlmos potius fagos ve petamus
Hic cantare libet virides nam ſuggerit herbas
Mollis ager. lateqꝫ tacet nemus omne quieti
Aſpice vt ecce procul Decerpant gramina thauri
Omniparēs ęther ⁊ rerum cauſa liquores Ti.
Corporis ⁊ genitrix tellus vitalis ⁊ aer
Accipite hos calamos Atqꝫ hęc noſtro Melibęo
Mittite Si ſentire datur poſt fata quietis
Nam ſi ſublimes animę cęleſtia templa
Sidereaſqꝫ colunt ſedes mundoqꝫ fruuntur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 18

In noſtros aduerte modos quos ipſe benigno
Pectore fouiſti. Quos tu Melibęe probaſti
Longa tibi cunctiſq; diu ſpectata ſenectus
Feliceſq; anni noſtriq; nouiſſimus eui
Circulus innocuę clauſerunt tempora vitę
Nec minus hinc vobis gemitus lachrymęq; fuere
Quam ſi florentes mors inuida pelleret annos
Nec tenuit tales communis cauſa q̃relas
Heu melibęe iaces lętali frigore ſegnis
Lege hominum cęlo dignus cernente ſenecta
Conſilioq; deum plenum tibi ponderis ęqui
Pectus erat Tu ruricolum diſcernere lites
Aſſuetas varias patiens mulcendo q̃relas
Sub te ruris amor Sub te venerantia iuſti
Floruit ambiguos ſignauit terminus agros
Blanda tibi Vultus grauitas ⁊ mitte ſerena
Fronte ſupercilium Sed pectus mitius ore
Tu calamos aptare labris coniungere cęra
Oratus duras docuiſti fallere curas
Nec ſegnem paſſus nobis marcere iuuentam
Sępe dabas meritę non vilia p̃mia muſę
Sępe etiam ſenior ne nos cantare pigeret
Lętus phoebea dixiſti carmen auena
Foelix: O meliboee vale. tibi frondis odorę
Munera dat lauros carpens ruralis Apollo
Dat faunus quod quiſq; volet de vitę racęmos
De campo culmos omniq; ex arbore fruges
Dat grandęua pales ſpumantia cymbia lacte
Mella ferunt nymphę: pictas dat flora coronas

Manibus hic ſup̃mus honos Dant carmina muſę
Carmina dant muſę Nos te modulamur auena
Silueſtris nunc te platanus Melibęe ſuſurrat
Te pinus reboat Te quicquid carminis echo
Reſpondent ſiluę Te noſtra armenta ſequuntur
Nancꝫ prius ſiccis phocę naſcentur in arui
Veſtituſcꝫ freto viuet leo. dulcia mella
Sudabunt taxi confuſis legibus annis
Ante dabit flores autumnus: ver dabit vuas
Meſſem triſtis hyems Aeſtas tractabit oliuas
Quam taceat Melibęe tuas mea phyſtula laudes
Perge puer Cęptum tibi iam ne deſere carmen Ti.
Nam ſic dulce ſonas vt te placatus Apollo
Prouehat: Et fęlix dñam perducat ad vrbem
Nancꝫ hic in ſiluis pręſens tibi fama benignum
Strauit iter rumpens liuorum nubila plena
Sed iam ſol demittit equos de culmine mundi
Flumineos ſuadens gregibus prębere liquores

Aſtacus ⁊ Alcon Interlaquutores
Aegloga nona Poeta

Oꝛmoſam donacem puer Aſtacus ⁊ puer Alcon.
Ardebant rudibus annis intenſus vterque
In donaces venerem firmata mente ruebant
Hanc cum vicini flores in vallibus horti
Carperet ⁊ molli gremium compleret acantho
Inuaſere ſimul venerique imbutus vterqꝫ
Tum primū dulci carpebant gaudia furto
Hinc amoꝛ ⁊ pueris iam non puerilia vota

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 18

Quis anni ter quinqꝫ hyemes et cura iuuentę
Sed postq̃ donacem duri clauſere parentes
Et non tam tenui filo de more ſonarent
Sollicitumqꝫ foret linguis onus improba ceruix
Suffuſuſque rubor crebro venęque tumentes.
Tum vero ardentes flāmati pectoris ęstus
Carminibus dulcique parant releuare q̃rela
Ambo ęuo cantuque pares. nec diſpare forma
Ambo genas lęues: intonſis crinibus ambo
Atque ſub hac platano męſti ſolacia caſus
Alternant: Idas calamis ⁊ verſibus Alcon
Quę colitis ſiluas dryades q̃que Antra napeę Al.
Et quę marmoreo pede naiades vda ſecatis
Littora. purpureoſque alitis per gramina flores
Dicite quo prato donacem qua forte ſub vmbra
Inueniam roſeis ſtringentem lilia palmis
Nam mihi iam trini perierunt ordine ſoles
Ex quo conſueto donacen expecto ſub antro
Interea tanq̃ noſtri ſolamen amoris
Hoc foret Aut poſſet rabidos medicare furores
Nulla meę trinis tetigerunt gramina vaccę
Luciferis nulloque biberunt amne liquores
Siccaque fętarum lambentes vbera matrum
Stant vituli Et teneris mugitibus aera complent
Ipſe ego nec molli iunco nec vimine lento
Perfeci calathos cogendi lactis in vſus
Quid tibi (quę noſti) referam Scis mille iuuencas
Eſſe mihi noſti nunquā mea mulctra vacare
Idas ille ego. ſum donacę cui ſępe dediſti

Oſcula nec medios dubitaſti rumpere cantus
Atꝫ inter calamos errantia labra petiſti
Eheu nulla meę te tangit cura ſalutis
Pallidior buxo violęqꝫ ſimillimus erro
Omnes ecce cibos Et noſtri pocula bachi
Horreo Nec blando memini concedere ſomno
Te ſine vę miſero mihi lilia nigra videntur
Pallenteſqꝫ roſę nec dulce rubens hyacynthus
Nullos nec myrtꝰ nec laurus ſpirat odores
At tu ſi venias ⁊ candida lilia fient
Purpureęqꝫ roſę: Tum dulce rubens hyacynthus
Tum mihi cum myrto laurus ſpirabit odores
Nam dum pallas amat turgentes vnguine baccas
Dum bachus vites deus ⁊ ſata poma priapus
Paſcua lęta pales Idas te diliget vnam
Hęc idas calamis. tu qui reſponderit Alcon — Poeta
Verſu phoebe refer ſunt aurea carmina phoebo
O montana pales o paſtoralis Apollo — Alcō
Et nemoꝝ ſyluane potens o noſtra dionę
Quę iuga cęlſa tenes erycis cui cura iugales
Concubitus hōim totis cōnectere ſęclis
Quid merui: cur me donacę formoſa reliquit
Munera nanqꝫ dedi noſter quę non dedit Idas?
Vocalem longos quę non canit ędona cantus
Quę licet interdum contexto vimine clauſa
Cum paruę patuere fores ceu libera ferri
Nouit ⁊ agreſtes inter volitare volucres
Scit rurſus remeare domū tectumqꝫ ſubire
Viminis: Et caueam totis pręponere ſiluis

Pręterea tenerum leporem geminaſq; palumbes
Nuper q̄ potui ſiluarum p̄mia miſi
Et poſt hęc donacę noſtros contemnis amores
Forſitan indignum ducis ꝙ ruſticus Alcon
Te cupiam qui mane boues in paſcua ducam
Dij pecoꝝ pauere greges formoſus Apollo
Pan doctus fauni vates ⁊ pulcher adonis
Quinetiam fontis ſpeculo me mane notaui
Nondum purpureos phębus cum tolleret orbes
Nec tremulum liquidis ſplenderet lumen in undis
Quod vidi nulla tegimur lanugine malas
Paſcimur ⁊ crinem noſtro formoſior Ida
Dicor: ⁊ hoc ipſum mihi tu narrare ſolebas
Purpureas laudando genas Et lactea colla
Atq; hilares oculos ⁊ formam puberis ęui
Nec ſumus indocti Calamis cantare et auena
Tityrus e ſiluis dominam peruenit ad vrbem
Nos quoq; te propter Donace cantabimus vrbi
Si modo conſertas inter viburna cupreſſos
Atq; inter pinos corylū frondeſcere fas eſt
Sic pueri donacē toto ſub ſole canebant
Frigidus e ſiluis donec deſcendere ſuaſit
Heſperus Et ſtabulis paſtos inducere tauros.

¶ Pan trium puerorū impulſu modulatur
Aegloga decima

Ictilos atq; Mycon necnō ⁊ pulcher Amyntas
Torrentem patula vitabant ilice ſolem
Cum pan venatu feſſus recubare ſub vlmo
Cęperat. Et ſomno laſſatus ſumere vires

Po.

Quem ſuper extenti pendebat phyſtula ramo
Hanc pueri tanq̄m p̄dam pro carmine poſcunt
Sumere faſqꝫ eſſet calamos tractare deorum
Inuadunt furto. Sed nec reſonare canorem
Phyſtula quē fuerat Nec vult cōtexere carmen
Sed pro carminibus mala ſibila diſſona reddit
Tum pan excuſſus ſonitu ſtridentis auenę
Jamqꝫ videns. pueri ſi carmina poſcitis inquit Pan.
Jpſe canam. nulli fas eſt inflare cicutas
Quas ego mænalijs cęra cōpingo ſub antris
Jamqꝫ ego bacche tuos ortus ⁊ ſemina vitis
Ordine detexā debemus carmina baccho
Hęc fatus cępit calamis ſic montiuagus pan Po.
Te cano qui grauidis hederata fronte corymbis
Vitea ſerta plicas. Qui quando palmite tigres
Ducis odorato perfuſus colla capillo
Vera Jouis proles Jam tum poſt ſidera cęli
Sola iouem ſemele vidit Jouis ora profeſſum
Hunc pater omnipotens venturi prouidus ęui
Protulit ⁊ iuſto produxit tempore partus
Vos etiam ⁊ nymphę viridi nutriſtis in antro
Quin etiam ſilenus paruum veneratus alumnum
Aut gremio fouet aut reſupinus ſuſtinet vlnis
Et vocat ad riſum digito motuqꝫ quietem
Cui deus arridens horrentes pectore ſętas
Vellicat: Aut digitis aures aſtringit acutas
Applaudit ve manu mutilum caput aut leue mentum.
Et ſummas tenero collidit pollice nares
Interea pueri floreſcit pube iuuenta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 18

Flauaqꝫ maturo tumuerunt tempora cornu
Tum primum lenes oſtendit pampinus vuas
Mirantur ſatyri frondes ⁊ dona lyęi
Tum deus o ſatyri maturos carpite fructus
Dixit: Et ignotos pueri calcate racęmos
Uix hęc ędiderat decerpunt vitibus vuas
Et portant calathis Celeriqꝫ illudere planta
Concaua ſaxa ſuper properant. vindemia feruet
Collibus in ſummis crebro pede rumpitur vua
Nudaqꝫ purpureo ſperguntur pectora muſto
Tum ſatyri laſciua cohors ſibi pocula quiſque
Obuia corripuit. Quod ſors dedit hoc capit vſus
Cantharon hic retinet Cornu bibit Alter adunco
Conuocat ille manus palmaſqꝫ in pocula vertit
Pronus ac ille lacu bibit ⁊ crepitantibus haurit
Muſta labris. Alius vocalia cymbia mergit
Excipit ac potus ſaliens liquor ore reſultat
Atqꝫ alius latices p̄ſſis reſupinus ab vuis
Spumeus inqꝫ humeros ⁊ pectore diffluit humor
Omnia ludus habet cantuſqꝫ choroſqꝫ licentes
Et venerem iam vina mouent Raptantur amantes
Concubitu ſatyri fugientes iungere nymphas
Jam iamqꝫ elapſas hic crine hic veſte retentat
Tum primus roſeo ſilenus cymbia muſto
Plena ſenex auide non ęquis viribus hauſit
Ex illo venas inflatus nectare dulci
Heſternoqꝫ grauis ſemper ridetur hyacho
Quin etiam deus ille deus Joue natus ab illo
Et plantis vuas p̄mit ⁊ de vitibus hauſtas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 18

Ingerit ꝛ lynci ꝓbet crathera bibenti
Hec pan Menalia pueros in valle docebat   Poeta:
Sparſas donec oues campo conducere in vnum
Nox iubet vberibus ſuadens ſiccare fluorem
Lactis: Et in niueas aſtrictum cogere glebas

¶ Mopſus ꝛ Lycidas Interloquutores
Aegloga vndecima

Opulea lycidas necnon ꝛ Mopſus i vmbra   Po.
Paſtores calamis ac verſu doctus vterqꝫ
Nec triuiale ſonans proprios cantabat amores
Nam mopſo meroe lycidę crinitus iolas
Ignis erat pariliſqꝫ furor de diſpare ſexu
Cogebat trepidos totis diſcurrere ſiluis
Hos puer ac meroe multum luſere furentes
Dum modo cōdictas nitant in vallibus vlmos:
Nunc fagos placitas fugiunt promiſſaqꝫ fallunt
Antra: nec eſt animus ſolitos alludere fontes.
Tum tandem feſſi quos luſus ed it ꝛ ignis
Sic ſua deſertis nudarunt vulnera ſiluis
Inqꝫ vitem dulces cantu dixere querelas
Immitis meroe rapidiſqꝫ fugatior euris
Cur noſtros calamos. Et paſtoralia vites   M
Carmina: Quem ve fugis? Quę me tibi gloria victo
Quid vultum veniens ꝑmis. Ac ſpem fronte ſerenas
Tandem dura negas. non poſſum nolle negantem
Cantet amat quod quiſqꝫ leuat ꝛ carmina curas
Reſpice me tandem puer o crudelis iola   L
Non hoc ſemꝑ eris. Perdunt ꝛ gramina flores

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 18

Perdit ſpina roſas. nec ſemper lilia candent
Nec longum tenet vua comas. nec populus vmbras
Donum forma breue eſt. nec ſe tibi cõmodat annis
Cantet amat quod quiſqꝫ leuant ꝛ carmina curas
Cerua marem ſequitur Taurꝰ formoſa iuuenca M
Et venerem ſenſere lupę Senſere leenę:
Et genus ęreum volucres: ꝛ ſquamea turba
Et montes ſiluęqꝫ Suos habet arbor amores
Tu tamen vna fugas Miſerum tu perdis amantem
Cantet amat quod quiſqꝫ leuant ꝛ carmina curas
Omnia tempus alit tempus rapit. vſus ĩ arcto eſt L
Ver erat ꝛ vitulos vidi ſub matribus iſtos
Qui nunc pro niuea coire in cornua vacca
Et tibi iam tumidę nares: iam fortia colla
Cantet amat quod quiſqꝫ leuant ꝛ carmina curas
Huc meroe formoſa veni vocat ęſtus in vmbram M
Jam pecudes ſubiere nemus. non vlla canoro
Gutture cantat auis Torto nõ ſquãmea tractu
Signat humum ſerpens. Solus cano. Me ſonat omĩs
Silua. nec ęſtiuis cantu concedo cicadis
Cantet amat quod quiſqꝫ leuant ꝛ carmina curas
Tu quoqꝫ ſęue puer notum ne perde colorem L
Sole ſub hoc Sed ꝛ huc lucentis vertito malas
Hic age pampinea mecum requieſce ſub vmbra
Hic tibi lęue fluens fons murmurat hic ꝛ ab vlmis
Purpureę feſſis dependent vitibus vuę
Cantet amat quod quiſqꝫ leuant ꝛ carmina curas
Qui tulerit meroes faſtidia longa ſuperbę M
Scythonias feret ille niues libycoſqꝫ calores

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 18

Negrines potabit aquas: taxiqꝫ nocentis
Non metuet ſuccos Sardoꝝ gramina vincet
Et ſua marmaricos perſtringet virga leones
Cantet amat quod quiſqꝫ leuant ⁊ carmina curas
Quiſqꝫ amat pueros ferro ꝓcordia duret
Nil properet diſcatqꝫ diu patienter amare
Prudenteſque animos teneris non ſpernat in annis
Perferat ⁊ faſtus Sic olim gaudia ſumat
Si modo ſollicitos aliquis deus audit amantes
Cantet amet quod quiſque leuant ⁊ carmina curas
Quid prodeſt quod me pagani mater amyntę M
Ter vitis. ter fronde ſacra: ter ture vaporo
Luſtrauit Cinereſqꝫ auerſa effudit in amnem
Incendens viuo crepitantes ſulphure lauros
Cum ſic in meroen totis miſer ignibus arſi
Cantet amat quod quiſqꝫ leuant ⁊ carmina curas
Hęc eadem nobis quę verſicolaria fila
Et mille ignotas Mychali circumtulit artes
Cantauit quod luna timet. quo rumpitur anguis
Quo currunt ſcopuli migrant ſata. vellitur arbos
Plus tñ ecce munus plus eſt formoſus Iolas
Cantat amat quod quiſqꝫ leuant ⁊ carmina curas.

¶ Bucolica Titi Calphurnij Siculi finiunt
Impreſſa Dauantrię Anno Milleſimo. quadringenteſimo. nongenteſimo primo Per me Jacobū de Breda iuxta ſcholas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 18

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 18

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 18